



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puerulus quasi exanimis vitam recipit supra B. virginis altare depositus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

Deum effunderem preces: quod & mora nulla interposita, præstiti, orationem dominicam recitando. Eadem verò ipsa hora qua pater ad B. Virginem pio eorunde orationem destinavit, filius à miseranda oppressione sua liberum se expertus est, & paulo post eum pater in B. Virginis ædiculam adduxit: ubi multis præsentibus tum religiosis, tum secularibus enarrauit insigne hoc miraculum, quod Virgo benedicta erga filium suum misericorditer erat operata. Postea verò ipse & filius eius solis indulsis, induti in gratiarum actionem processionalem circum fecere, plurimis personis pijs comitati tempore quo pluvia copiosa terram contiguam vadique irrigabat: qua non obstantè pluvia, puer instar rosæ rubicundus tam feliciter processionis obsequium adimplevit, ut, quod summe mirum est, percipi non posset, ne quidem unam aquæ guttulam è media æeris regione collapsum cum aliquatenus contigisse.

*PERVULVS QVASI EX ANIMI
vitam recipit supra B. virginis altare
re depositus.*

CAPVT LIX.

ANno 1451. filius Henrici Fromontij à
Bauffia in equorum incidit aquarium, i-
bideam

bidemque tam diutino hēsit tempore, vt quasi exanimis & aquis profocatus inter medias aquas rapivideretur. Duobus autem iuuenibus illum clamore valido prosequētibz, homo quidam, Deo sic dispoſeate, supervenit, qui eum è loco prædicto extraxit, & vbi eum ad aedes parentum detulit, pater & mater tam lugubri spectaculo mirè attoniti voces lugubres cum lacrimis dederunt, simulque B. Virgini Camberonensi filium suum deuouerunt: quem vestibus exutum & ad ignem paululum appositum supra sacelli altare detulerunt, vbi vitam accepit & sensum: pro quo accepto munere solennes Deo & sanctissimæ matri eius actæ sunt gratiæ.

*PVERPERA MULIER A PVERPERA
vij pressuris subleuatur. pijs ad Beatam
virginem effusis precibus.*

CAPVT LX.

ANno quo supra mulier quædam è Camberona castro, prægnans cum esset mēse sexto à sua impregnatione graui afflicta morbo magnos & inmensos cruciatus perpeſsa est ratione duorum infantulorum, quos suo gestabat in vtero, donec qui aderant cum obstetrice B. Virgini Camberonensi pijs
pro